



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio vigesimaseptima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### LIB. III. DISTINCTIONE XXXVII.

pertinet quod ipsi sciant et nullo modo possint damnationem evadere, nec ad beatitudinem peruenire, propter quod desiderant de ea, ergo in eis non est spes quadam habitum. Hac autem ratio non cogit quin habitus spei possit inueniri in beatis, nec alia apparet ad presens, nisi quod videtur fructu manere cum non possit exire in actu suum principalem ut statim patuit. In Christo autem nunquam fuit spes, & si fuisset fructu fuisse propter eandem rationem.

¶ AD PRIMUM argumentum dicendum quod certitudo spei potest deficere prout dictum est in corpore solutionis, & ideo ratione possibilis defectus compatitur secum timorem.

¶ Ad secundum dicendum quod licet homo non certus se esse in gratia, & ideo non habet de hoc certitudinem scientiae, experientiae vel alterius cuiuscunq; certae cognitionis, habet tamen ex spe certitudinem inclinationis ad habendum vitam aeternam quae certitudo sufficit ad certitudinem quem habetur per spem de vita aeterna consequenda.

Sententia huius distinctionis. XXVII.

in Generali & Speciali.

**Q**UOD autem Christus. Superiorus determinauit magister de Fide & Spe. Hic determinat de Charitate. Et diuiditur in duas. Primo determinat de charitate humana qua nos diligimus Deum. Secundo determinat de charitate qua Deus diligunt nos. id est. Premisis adiungendis. Prima in quatuor. Primo determinat de habitu charitatis. Secundo de numero diligendum ex charitate dist. 28. Hic potest queri. Tertius de ordine diligendi. id est. ibi, post predicationem de ordine. Quartus de charitatis duracione ibi, illud quoque non est praetermittendum. Prima est principalis lectionis. Et diuiditur in tres. Primo continuatur ad precedencia. Secundum prosequitur sua intentio ne ibi, charitas est dilectio. Tertiis continuatur ad sequentiam ibi, sed quia hac dilectione. Hac est diuisio &c.

¶ IN SPECIALI sic procedit. Et primo proponit quod licet Christus fidem & spem non haberet, tamen in quantum homo tantum habuit charitatem & maior esse non potest, quia pro nobis anima sua posuit, & ad diligendum nos inuicem nos exemplum dedit. Deinde de charitate, de modo, de ordine diligendi Deum, & proximum proponit esse inquirendum. Postea distinxit charitatem dicens. Quod charitas est dilectio quia deus propter se, & proximum propter deum diliguntur, & sic continet duo mandata. Primum est diligere Deum, deinde proximum in quibus duobus preceptis tota lex pendet & Propheta. Postea querit virtutem eiusdem, sit dilectio qua diligimus Deum & proximum, an diversa. Et respondet quod eadem est dilectio, sed distinguuntur quod hoc, quia Deum diligimus propter se, & proximum autem propter Deum, & hoc autoritate Aug. confirmat, subdit autem quod quia sive una dilectio Dei & proximi differt, tamen propter duo dilecta. sive propter Deum & proximum, propter quod sunt duo mandata, quia unus sit dilectio una, tamen diligi precipiuntur, vel dicuntur gemina propter duos motus qui in mente geruntur ad Deum & proximum diligendum. Postea ponit modum dilectionis qua diligimus Deum: propter se, proximum autem propter Deum, hic autem modus dilectionis tangitur cum dicuntur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est, propter quem teipsum diligis, proximum diligere debes, quod confirmat autoritate Aug. Postea ostendit modum diligendi Deum, quia ex toto corde, id est, intellectu, ex terra anima, i. voluntate, ex tota mente, id est, memoria, ut omnem cogitatum, vitam, & omnem in intellectum in eum referas a quo omnia praedicta habes. Postea dicit quod ille modus dilectionis Dei non potest impleri in via ex toto, sed ex parte, quia imperfecte diligimus, quod probat per hoc quod caro hic semper est rebelis spiritui que impedit a perfecta dilectione, sed in patria ubi tolletur imperfectum, diligimus perfecte. Postea querit quare datur hoc preceptum de dilectione Dei cum in via impleri non possit, & responderet quod nullus sit recte currere nisi sciat quo est curandum, similiter nec Deus diligetur nisi per aliquod preceptum ostenderetur, & quoniam hoc preceptum in via totaliter non implieatur, tamen impleretur ex parte, quia secundum perfectionem cognitionis via non comprehendens. Postea dicit praedicta

### QUESTIONE I.

262

duo precepta charitatis sic esse connexa & unum eorum pro utroque ponitur, nec immixto, quia nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligit potest, & qui Deum diligit non contemnit proximum quem Deus diligit, nec in eo diligit nisi Deum quod multis exemplis confirmat. Ultimo continuat se ad dicenda, dicens in quaestione ista post que ex charitate diligenda sunt. Et in hoc terminatur &c.

### QUESTIONE PRIMA.

Vtrum amor prout est passio appetitus sit  
principalis passio.

**C**irca distinctionem istam queritur primo, vtrum amor prout est passio appetitus sit principalis passio. Et arguitur quod non, secundum Aug. 28. q. nemo est qui non magis dolor est fugiat quam appetat voluptatem, ex quo sic arguitur, principalius fugit malum quam appetatur bonum, sed factum mali est per odium, appetitus autem boni est per amorem, ergo odium est principalior passio quam amor.

2 Ita denominatio sit a principaliori, sed appetitus non irascibilis & concupisibilis denominatur ab ira & concupiscentia, ergo sunt principales passiones quam amor.

3 Item quod vincitur ab aliis est minus potes & minus principale, sed amor vincitur ab ira, quia ira odium generat, ergo ira est principalior passio quam amor.

4 IN CONTRARIUM est, quia amor comparatur igni & morti, Cant. 2. sed nulla passio est vehementior quam ab ipsis, ergo &c.

5 Item Aug. dicit quod omnis affectio ex amore est.

¶ RESPONSIUS. Quoniam amor prout est passio propriètate pertinet ad appetitum sensituum, tamen nomen amoris absoluti inuenimus pertinere ad appetitum intellectuum & sic amor est quædam affectio magis quam passio. Et quia oīs passio est affectio & non exterior, ideo loquendo de amore communiter prout dicit affectionem pertinenter tam ad appetitum sensituum & ad intellectuum. Dicendum est ad questionem quod aliqua passio vel affectio potest dici principalior dupliciter, aut quia prior, aut quia coplerior. Si primo modo sic amor potest comparari ad passiones vel affectiones quae sunt respectu mali ut odii, ira, timor & humiliatio, vel ad passiones quae sunt respectus boni, & desiderium & delectatio. Si comparetur ad passiones quae sunt respectu mali sic amor est principalior affectio, quia prior & efficacior. Quid sit prior patet primo, quia sicut se habet habitus & priuatio, affirmatio & negatio ad cognitionem, sic se habebit bonum & malum ad appetitum, sed habitus & affirmatio prius natura cognoscuntur & priuatio & negatio, priuatio enim non cognoscitur nisi per habitum, nec negatio nisi per affirmationem, ergo similiter actus appetitus prius cadit super bonum quam super malum quod est priuatio boni. Secundo, quia in illud prius mouetur appetitus cuius formalis ratio includitur per se in ratione finis quam in illud cuius ratio nullo modo includitur in ratione finis, sed ratio boni per se includitur in ratione finis, ratio autem mali nequaquam ergo prius naturaliter mouetur appetitus in bonum quam in malum. Minor de se patet, sed maior probatur, quia finis est prior in intentione quod est actus appetitus, & ideo illud quod per se includitur in ratione finis per prius se habet ad appetitum, sic igitur patet, quod coparatur amor ad affectiones quae sunt respectu mali, amor est principalior affectio, quia prior, & non solum sic, sed quia efficacior, cum enim malum non agat nisi virtute boni secundum Dion. bonum autem agat secundum se, ideo efficacius bonum mouet appetitum quam malum ipsum oppositum, quia enim queritur bonum ideo refutatur vel fugitur oppositum malum, si autem amor comparetur ad alias affectiones quae sunt respectu boni ut sunt desiderium & delectatio.

7 Sic de ordine amoris ad desiderium & delectationem est duplex modus descendit. Vetus est quod amor non procedit desiderium & delectationem secundum rem, sed solum secundum rationem, quia desiderium & delectatio non distinguuntur ab amore, nisi sicut inferiora a suo superiori, quia omne desiderium vel delectatio est quidam amor, & nullus est amor in re qui non sit desiderium vel delectatio, & hoc

XXVIII. PRO

## Magistri Durandi de Sancto Porciano

**probat dupl' citer.** Primo sicut se habet appetitus natura-  
lis consequens formam naturalem ad actum sibi conuenientem,  
sic appetitus sequens cognitionem se habet ad actum  
sibi proportionatum & conuenientem, sed appetitus natura-  
lis putat gravitas solum habet duplice actum scilicet mo-  
tus ad locum non habitu & quiete: e. in loco habito, ergo  
similiter appetitus sequens cognitionem non habet nisi dupli-  
ce actum. I. moueri in bonum non habitu, & quiescere in  
bono habito, sed primus pertinet ad desiderium, secundum  
ad delectationem, ergo prius hoc appetitus sequens cogni-  
tionem non habet aliquem alium actum. Secundo sic, omnis  
amor vel est boni habitu vel non habitu, si habitu est  
delectatio, si non habitu est desiderium: ergo non est ali-  
quis actus praeter delectationem & desiderium. Pro hac  
opinione videtur esse Augu. 14. de ciuitate dei, vbi dicit q.  
amor in hiis habere quod amatur cupiditas est, illud au-  
tem habens eoc fruens letitia est.

**3.** Altius modus dicendi est q. amor est actus distinctus  
a delectatione & desiderio & est prior utroq. Quid probari,  
voluntas fertur per anno in bonum per cognitionem,  
sed bonum potest cognosciri dato q. non cognoscatur vel ha-  
bitum vel non habitum sicut superior & communis potest  
cognosciri sine qualibet inferiori, ergo bonum sic cognoscitur  
potest a voluntate amari, sed talis amor non potest esse desi-  
derium quod est de bono vel non habito, nec delectatio  
qua est de bono habito, e. go amor est actus distinctus a  
desiderio & delectatione. Est etiam prior, prius enim affici-  
tur voluntas ad bonum & ei coipletur in eo, deinde ten-  
dit in ipsum per desiderium si non sit habitu, ultimum vero  
queletur per delectationem in bono habito, & secundum  
hanc viam adhuc amor est principalior affectio inter affectio-  
nes que sunt respectu boni, quia prior. Alter modo dici-  
tur aliqua passio vel affectio principalior, quia copletor,  
& sic amor non est principalis passio, sed ita quatuor, i.e.  
gaudium, tristitia, spes, & timor, cuius ratio est quia comple-  
mentum & principalitas passionis consistit in duobus. Vnu  
est ex parte obiecti. I. vt sit motus appetitus tendens in  
objecum secundum rationem & aptitudinem obiecti, ut  
scilicet bonum prosequatur, & fugiatur malum.

**9.** Secundum est ex parte ipsius passionis, vt. I. motus ille  
sit perfectus quantum est possibile secundum genus suu, &  
secundum hoc inveniuntur duas principales passiones in  
superius concupisibilis, i.e. gaudium, vel delectatio & tristitia,  
in istis enim duabus copletur finaliter & terminatur  
omnis motus concupisibilis, & secundum conuenientiam  
objeceti, nam in delectatione de bono habito terminatur  
omnis motus concupisibilis respectu boni & secundum  
conuenientiam ad obiectum, in tristitia vero est de malo  
habito quod repellit non potest, terminatur omnis motus  
concupisibilis respectu mali & secundum conuenientiam  
objeceti, quia sicut conuenit bono ut appetatur, & in eo  
quiescarit, sic malo conuenit ut fugiatur, & si non possit q.  
dissipat, & hoc sit per tristitia sicut primus per delectatio-  
ne, & sic delectatio vel gaudium & tristitia sunt principia-  
les & completeris passiones appetitus concupisibilis, spes  
vero & timor sunt principales passiones appetitus irascibilis,  
non simpliciter, sed quantum est possibile in illo genera-  
re, quia motus irascibilis in quaeritur huiusmodi non termi-  
natur in obiectu praesens, quia obiectum i.e. ascibilis est bo-  
num arduum quod haber difficultas est ad asequendum, bo-  
num autem praesens & habitu talem difficultatem non ha-  
bet propter quod ad obiectum praesens non terminatur  
motus irascibilis tanquam ad terminum proprium sui generis,  
sed proficit in certitudine inclinationis ad suum obiec-  
tum, hanc autem certitudinem respectu boni habet spes &  
secundum conuenientiam obiecti, quia de natura boni est (si  
non sit habitu) ut expectetur, similiter talis certitudinem  
habet timor respectu mali, & secundum conuenientiam eius,  
quia de natura mali est, ut fugiatur, & ideo consuevit nu-  
merus & sufficientia istarum passionum principaliu sumi se-  
cundum differentiam boni & mali, praesentis & futuri, quia  
delectatio est de bono praesenti in quo finaliter quietescitur.  
Tristitia vero de malo praesenti cui remurmuratur. Spes  
vero de bono futuro in quod reditur. Timor vero de ma-  
lo futuro a quo fugiatur, & quia amor non dicit de se motu  
appetitus vel quiete secundum complementum & terminum mo-  
di predictis, ideo non ponitur principalis passio vel affectio

**10.** Ad rationes in oppositi dicendum est ad primam  
q. magis appetitur bonum q. fugiatur malum illi oppositi,  
& plus appetitur vnuiqui q. voluntate q. fugiatur tristitia illi  
voluptate opposita, nullus enim fugit malum vel tristitiam  
nisi quia appetit bona & delectatione opposita, ita fuga  
mali & tristitiae oritur ex amore boni, seu delectatiois,  
nihil tam prohoget q. aliquis dolor plus fugiatur q. eius  
delectatio appetatur inquantu dolor ille priuat maius bo-  
num q. sit delectatio, sicut dolor qui constitut in divisione cor-  
poris priuat vitam vel tendit ad priuationem vite que est ma-  
ius bonum quia sit delectatio venerea, vel quaecumq. alia de-  
lectatio corporalis naturae superaddita, & sic loquitur Aug.  
q. nemo est qui non magis fugiar dolore corruptiu quia  
appetat voluptatem superadditam naturae, ipsa ramen vita  
plus diligunt & appetunt q. dolor corruptius eius fugi-  
atur, & hoc est verum vniuersaliter in delectatione & do-  
lore sibi directe oppositis.

**11.** Ad secundum q. concupiscentia & ira non sunt  
principales passiones, quia concupiscentia vel desiderium  
cum pertinet ad appetitum concupisibilis & sic de fu-  
turo non est completa passio, quia mora concupisibilis ter-  
minatur in bono præfenti, ira vero non habet motu in ma-  
li secundum conuenientiam mali, quia habet motum in ip-  
sum non quidem ut fugiendum quod est secundum conuenientiam  
mali, sed in ipsum aggrexiendum, nec obstat q. appeti-  
tus concupisibilis & irascibilis denominatur a concupi-  
scencia & ira, quia denominations non semper fiunt a prin-  
cipiori, sed quandoq. ab eudentiori, & quia concupi-  
scencia inter oes passiones appetitus concupisibilis eudentior  
est & magis sensibili, quia est de futuro & non de habito,  
& secundum Aug. 10. de Trin. amor magis sentitur cum  
cum prodit indigentia, ideo ab ipso tangit ab eudentiori  
& magis sensibili denominatur potentia concupisibilis,  
per eandem rationem denominatur irascibilis ab ira, quia est  
vitu in passionibus eius & ideo est eudentior maxime  
qui crebris prodit in exteriorum actum.

**12.** Ad tertium dicendum q. amor non vincit ab ira in  
virtute propria, sed in virtute alterius boni quod plus  
amat, sicut corruptitur amor que aliquis habet ad alii  
ex hoc q. in alio perspicit aliquid quod est contrarium  
bono proprio & amori que habet aliquis ad seipsum, &  
quia maior est amor hominis ad seipsum q. ad aliis, quia  
amicabilitas que sunt ad alterum venturum ex his que sunt ho-  
minis ad seipsum, ideo per iram corruptitur amor ad alte-  
rum, quia est contrarius amori hominis ad seipsum.

**Q VÆ S T I O S E C V N D A .**  
*Vtrum amor Dei habeat modum.*

Thos. 2. q. 27. art. 6.

**S**ecundo queritur, de amore prout pertinet ad chari-  
tatem, vtrum dilectio, vel amor dei habeat modum.  
Et arguitur q. sic, primo per Aug. qui dicit de his tribus  
que sunt modus, species, &ordo, quia vbi haec magna  
sunt, magni bonum est, vbi parva parvum, vbi nulla nul-  
la, sed certat q. dilectio est magni boni, ergo hac tria  
sunt in dilectione dei, ergo habet modum.

**2.** Item habitus appetitus modificatur in actu suo per  
habitum intellectus, sicut virtutes morales modificantur per  
prudentiam, sed tales que perfici intellectum in actu  
suo habet modum secundum illud Rom. 12. non plus sape  
re quam oportet sapere, ergo fortiori ratione charitas ha-  
bet modum in actu suo.

**1 N.** Contrarium est q. dicit beatus Bern. in lib. de di-  
ligendo deum, causa diligendi deum Deus est, modus au-  
tem sine modo diligere.

**4.** R E S P O N S I O . Dicendum q. in dilectione dei &  
in actu curiosus q. virtutis potest accipi triplex modus. I.  
secundum limitationem essentia, & secundum determinatio-  
nem circumstantie, & secundum proportionem medie ad su-  
perfluum & diminutum, si primo modo sic dicendum est,  
quod dilectio dei habet modum, cuius ratio est, quia omne  
illud q. est in certo genere, & in certa specie habet modus  
secundum limitationem essentia, sed dilectio dei est in  
certo genere & in certa specie, ergo habet modum secun-  
dum limitationem essentia. Si autem loquamus de modo  
quo ad determinationem circumstantie sic adhuc dilectio  
dei habet modum. Quod patet, quia sicut se habet malitia  
ad actum

### Lib. III. Distinctio, XXVII.

ad actum vitiosum, sic se habet bonitas ad actum virtuosum, sed malitia consistit in actu vitiioso propter defectum debita & determinata circumstantia, ergo similiter bonitas consistit in omni actu virtuoso propter presentiam vel informationem actus secundum debitas circumstantias. Si autem accipitur modus secundum proportionem mediad superfluum & diminutum, sic dilectio deo non habet modum. Quod paret dupliceretur. Primò sic, ubique inuenitur talis modus ibi possibile est vitiari actu per excessum: sed dilectio Dei non potest vitiari per excessum per se loquendo, non enim potest Deus nimis amari, ergo dilectio Dei non habet talem modum. Secundo quia actus charitatis sequitur actu fidei, sed in actu fidei quo credimus in deum non est inuenire modum secundum proportionem mediad superfluum & diminutum, nullus enim potest nimis credere in Deum, vel nimis innitit diuinæ veritati, ergo similiter in actu diligendi Deum non est inuenire talem modum.

<sup>sup.d.2.</sup> <sup>quaest.2.</sup> 5 A D primum arg. patet responsio, quia procedit de modo qui est secundum limitationem essentiae qui modus est in dilectione Dei, & etiam modus secundum determinationem circumstantie que est diligere deum ex toto corde &c. quanuis non sit ibi modus tertio modo dictus.

6 Ad secundum dicendum quod simile modificationem habet actus charitatis sicut actus fidei, quia uterque habet duas primas modifications & neuter tertia saltem respectu principali obiecti quod est Deus quanvis fides respectu obiectorum secundarii cum possit habere superfluum & diminutum & medium, potest enim aliquis plus credere quam oportet, & minus quam oportet, & secundum quod oportet, & sic est in actu charitatis non quidem respectu Dei, sed respectu aliorum potest enim aliquis diligere propter Deum minus quam oportet ut si diligat propter Deum tantum amicos, & magis quam oportet ut si malos in malitia suis, sic enim diligendi sunt homines ut non diligant eorum errores secundum Aug. & quantius oportet ut cum diligatur Deus & omne bonum propter ipsum ut ad Deum ordinatur.

### Q V E S T I O T E R T I A .

Vtrum modus diligendi Deum possit in via impleri.

*Theo. 22. q. 27. a. 4. c. 5.*

Tertio queritur, vtrum modus diligendi deum possit in via impleri. Et arguitur quod non, quia modus diligendi deum est ut totaliter diligatur secundum illud, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Sed non potest in via totaliter diligi, igitur &c. Minor probatur, quia dilectio presupponit cognitionem, sed non potest in via totaliter cognosci, ergo nec totaliter diligi.

2 Item ille non potest totaliter Deum diligere qui non potest totaliter omne peccatum vitare, sed nullus in via potest totaliter omne peccatum vitare secundum illud. *I. Io. 1.* Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, ergo nullus in via potest totaliter Deum diligere, sed ille est modus diligendi Deum, igitur &c.

3 IN CONTRARIUM agitur, quia actus charitatis est magis necessarius in via & actus aliarum virtutum, secundum illud. *I. Cor. 1.* Si charitatem non habuero nihil mihi prodest, sed actus aliarum virtutum possunt in via impleri, ergo & actus charitatis quo iubemur diligere Deum.

4 Item omnis lex ligat, sed nullus potest ligari ad illum quod est sibi impossibile, ergo nullum preceptum legis potest esse de impossibili, precipit autem nobis modus diligendi Deum, igitur &c.

5 R E S P O N S I O . Circa questionem istam videtur sicut sunt duo. Primus est quis sit ille modus quo iubemur diligere deum & qualiter est intelligendus. Secundum erit an possit in via totaliter adimpleri.

6 Quantum ad primus est intelligendum quod in modo quo iubemur Deum diligere, quatuor includuntur secundum quod patet ex variis locis scripture, scilicet quod diligamus Deum ex toto corde, & ex toto anima, & ex toto mente, & ex tota virtute que est fortitudini, unde in alio loco dicitur & ex fortitudine tua, & alibi ex oibus viribus tuis quod est idem, & haec quatuor insinuantur *Mat. 12.* & *Luc. 10.* quanvis in aliis locis scripture aliqua horum

### Q U E S T I O I I I .

262

omittatur, hoc enim est quia illud omissum ex aliis intellegitur. Ratio autem horum quatuor hinc accipienda est ad praesens, quia dilectio de qua agimus actus est voluntatis, que hic significatur per cor. Nam sicut cor ut dicte membrum materiale est principium omnium corporalium motuum, ita voluntas quantum ad intentionem finis veluti qui est obiectum charitatis est principium omnium actuum quaruncunq[ue] potentiarum que mouentur a voluntate. Haec autem sunt tres, intellectus que significatur per mentem, vis appetitiva interior que significatur per animam, vnde secundum eam dicitur agere vita animalem, & vis executiva exterior que significatur per fortitudinem seu virtutem, seu vires. Precipitur ergo nobis ut tota nostra intentio feratur in Deum quod est ex toto corde diligere, & intellectus noster totaliter subdatur Deo quod est ex tota mente, & appetitus interior reguletur secundum deum quod est ex tota anima, & quod actus noster exterior ordinetur ad Deum quod est ex toto fortitudine, id est, virtute vel viribus deum diligere. Alio autem expositiones ponuntur ab aliquibus doctoribus, sed ista videtur magis propria. Et sic patet primum.

7 Quantum ad secundum aduentendum est quod sicut dicitur, *Phyl.* totum & perfectum idem sunt, & ideo totaliter diligere & perfecte diligere, sicut ergo duplex est perfectio, ita duplex totalitas, dicitur enim perfectum aliquid uno modo, quia nihil defert ei eorum quae natum est habere, alio modo dicitur perfectum cui nihil defert eorum quae debet habere secundum statum. Prima ergo perfectio natura humana solum est in gloria quando natura habebit omnem perfectionem quam nata est habere, sed secunda perfectio fuit in statu innocentiae quando natura habuit quicquid habere debuit secundum statum illum, & forte plus, quia habuit iustitiam originalem gratuito naturae superadditam. Ab utramque autem perfectione deficit perfectio quae potest secundum cursum communem habere natura humana in statu naturae corrupta, quia non potest totaliter vitare quin incidat in aliquem defectum rationis sicutem in aliquod peccatum veniale.

8 Secundum hoc ergo in dilectione dei potest attendi duplex perfectio & totalitas. Vna quando nihil debet de his quae homo potest expendere in amorem Dei quia totum semper & in actu in dilectione dei ponat, & hac perfectio seu totalitas non ponitur nobis sub precepto prius statu vite, quia nobis non est possibilis status enim ut nihil copatur continuatione in actu, sed implebitur in patria quando semper beati videbunt deum, & diligenter ipsum, & omnia in eius dilectionem referent ut in fine. Alia est totalitas vel perfectio secundum quam homo nihil subtrahit de his que debet ponere in dilectione dei, & hac perfectio seu totalitas non excludit interruptionem actus, nec amore ciuitus, alterius a deo etiam si actu in deum non ordinetur dum non tamen sit contrarium vel repugnans charitati sicut est peccatum veniale, & haec totalitas praecepit nobis ut nunc implenda, & constata in impleri potest, quia homo diligat deum totaliter ex toto corde &c. quicunque vitat omnem peccatum mortale & soli est charitati contrarium, sed quilibet homo hoc patet pro statu vite facere, ergo &c.

9 A D Primum arg. dicendum quod Deus potest in via amari totaliter, nisi quod distinguendum est de totalitate dilectionis, hoc enim potest sumi vel ex parte rei dilectae & sic totaliter diligenter res illa cuius nihil est & non diligatur, & sic si nihil sit in deo quod non possit ab hoie diligi, Deus potest hoc modo totaliter amari & in via, & in patria, sed perfectius in patria sicut & perfectius cognoscitur, & sic dictum est de amore sic intelligendu est de cognitione. Alio modo potest sumi hic totalitas ex parte diligenter & sic potest Deus totaliter diligere & diligenter ab his qui sunt in patria qui nihil de potestate sua subtrahunt quin totum ponant in dilectione dei semper & secundum actum, in via vero non sic potest diligi, sed solum secundum habitum modo quo est expositum quod solum cadit pronuncie sub precepto. Alio modo potest sumi talis totalitas ex relatione dilectionis ad diligibile, & sic totaliter diligetur illum cuius bonitatis equatur quantitas dilectionis, & sic Deus non potest diligere ab alio quam a seipso.

10 Ad secundum dicendum quod illud argumentum bene probat quod deus non potest in via diligere totaliter vel perfecte

**Magistri Durandi de**  
fecte prout totalitas vel perfectio excludit oem defectum  
sed illud vel dictum est non cadit sub precepto, potest tam  
totaliter diligere totalitate excludente omne repugnans &  
contrarium, & hoc sufficit ad impletionem precepti.

**Sententia huius distinctionis. XXVIII.**  
in Generali & Speciali.

**H**IC potest queri. Superius Magister determinauit de Charitate secundum se. Hic determinat de numero diligendorum. Et diuiditur in tres. Quia primo ostendit ad quos se extendit preceptum charitatis quoad homines. Secundum quoad angelos ibi, oritur autem hic de angelis quarto. Tertio ex dictis elicit quandam distincti onem ibi, hic notandum est. Prima in duas. Primo determinat veritatem. Secundum responderet curd dubitationi ibi hic videtur Aug. Haec est sententia in generali.

**2 IN Speciali** sic procedit, & quare vtrum alio man dato dilectionis proximi precipiam diligere nos totos & totum proximum quantum ad animam & corpus, & dicit qd sic, nam secundum Aug. de doctrina Christiana qua tuor ex charitate sunt diligenda vnu est supra nos scilicet Deus, aliud quod nos sumus. Tertium est qd est iuxta nos, scilicet proximus. Quartum est quod est infra nos scilicet corpus proprii. De nobis & corpore nostro non oportuit dare mandati, quia ad hoc naturaliter inclinatur. Tunc super hoc mouer dubitationem, quia secundum predicta non tenemur ex precepto diligere nos & corpus nostrum si nullum est preceptum de hoc datum quod bene contradiceret primo dicto scilicet qd sunt quatuor ex charitate diligenda. Responderet qd nosipos & corpus nostrum tenemur ex precepto diligere, sed non oportuit de hoc speciale preceptum dari, quia sufficienter intelligitur in precepto de dilectione proximi, cum dicuntur diligere proximum tuum sicut teipsum, & hoc declarat in litera. Postea quare vtrum mandatum de dilectione proximi se extenderat ad angelos, & responderet quod est, quod probat per parabolam de fauciato Luc. 10. vbi dicitur quis tibi videtur esse proximus illi qui incidit in latrones. Et subditur qui fecit misericordiam in illum. Cum enim angeli nobis exhibeant multa beneficia, patet quod ipsi sub nomine proximi includuntur. Et etiam Christus secundum quod homo est, (Quia inquantum Deus, est supra nos & proximum) diligendus est. Ultimum ponit quandam distinctionem de proximo ut patet in litera.

**QVÆSTIO PRIMA.**  
Vtrum omnia ex charitate sint diligenda.

*Thom. 2. 2. q. 25.*

**C**irca distinctionem istam primo queritur vtrum omnia ex charitate sint diligenda. Et videtur quod sic, quia per charitatem conformantur dilectiones dei. Sed Deus diligit omnia quae sunt, vt habetur Sap. 11. ergo nos debemus ex charitate omnia diligere.

**2 Itē** charitas correspōderet fidei, sed per fidē cognoscimus oīa, vel cognoscere possumus prout omnia possumus haberi per revelationē diuinā cui fides innititur, ergo videtur quod per charitatem diligenda sunt omnia.

**3 IN CONTRARIUM** est quod dicit Aug. in litera qd illa sola sunt ex charitate diligenda, quia nobis societate quadā referuntur in deū, sed non omnia sunt talia, sed solum creature rationales, ergo &c.

**4 RESPONSO.** Videnda sunt duo. Primum est quod non omnia sunt ex charitate diligenda, sed solum Deus & creature rationales. Secundum est qd non omnes creature rationales sunt ex charitate diligendæ, quia non dammati, sive angeli sive homines.

**5** Quantum ad primum aduertendum est qd licet pro prium sit charitatis ponere in actu amoris rationē meriti nihilominus tamē ipse actus diligēdē deum magis respiicit amorem amicitiae & amorem concupiscentie, nec est intelligentium istos amores esse duos actus, sed unicum quidupliciter nominatur secundum duplex obiectū. Cū enim amare sit velle bonum alicui, iste actus respectu illius cui bonū volumus propter se dicitur amor amicitiae, bonum autem quod ei volumus dicitur amari amore concupiscentiae. Et quia perfectior est amor quo quis a matre propter se quam ille quo quis amatur propter aliud, ideo charitas

**Sancto Porciano**

quæ summa perfectio est in actu diligendi magis respici amorem amicitiae & concupiscentie, immo illum non respicit nisi quia ad alium ordinatur.

**6 Ex hoc** potest duplicitate argui ad probandum propositum. Primo sic, ad illum non habetur propriæ charitas ad quē non potest haberi amor amicitiae, sed ad irrationalē creaturas non potest haberi propriæ amor amicitiae, ergo nec charitas. Minor patet, quia propriæ non habetur amor nec amicitiae nisi ad illud cui volumus bonum propter se. Creaturis autem irrationalibus nihil tale volumus, sed totidem nos referimus, non enim volo bonū sed vnu propriū vnu, sed propter me, vel propter amicum. Et sic est de omnib. aliis quia nos sumus quodāmodo sine omnib. vt dicitur. 2. Phys. ergo &c. Secundo patet id & ex eadem radice sic. Amor amicitiae attenditur secundum aliquā cōmunicationem in vita, sed nulla creatura irrationalis habet nobiscum cōmunicare propriæ in vita, quia talis cōmunicatio cōsistit in cōmunicatione operū vite. Creaturæ autem irrationalē propriæ non agunt, sed magis aguntur, ergo ad ipsas propriæ non est amor amicitiae, quare nec charitas. Amor tanē talis includit in amore charitatis in quantum ex charitate aliquā diligimus cui talia volumus sive sunt spūia bona vt virtutes, sive corporalia vt res exteriores.

**7 Secundum** patet. s. qd ad damnatos homines vel an gelos non habent propriæ charitas. Primo quia charitas fundatur super cōmunicationē vite beatę habent, vel possibilis haberi. Sed damnati sive hoies, sive angelii non possunt nobiscum in illa vita cōmunicare, ergo non sunt ex charitate diligendi. Secundo, quia sicut amor ciuilis fundatur super virtutes acquisitas, sic amor charitatis super virtutes infusas vt nate sunt ad beatitudinem perdure, sed ad illos qui non habent virtutes ciuilis & iam sunt in malitia obdurate adeo vt sint incurabiles est solūda amicitia secundū Arist. Ethic. ergo ad damnatos homines, vel angelos qui sunt totaliter obstinati nec reverti possunt ad statum virtutis & vite & supernaturalis non est habendum amor charitatis.

**8 Ad primū arg.** dicendum qd Deus diligit omnia vobis oībus aliiquid bonū, sed non bonū gratiæ vel gloriæ in cuius cōmunicatione fundatur amor charitatis. Et ideo non debemus omnes ex charitate diligere, sed solum illos qui sunt capaces gratiæ & gloriæ, nec in hoc diuerterimus à forma dilectionis diuinæ.

**9 Ad secundum** dicendum quod non est simile de fide que pertinet ad cognitionē & de dilectione charitatis, quia cognitione potest se extenderē ad omnia bona & mala, dilectionē autem non nisi ad bona. Et dilectio charitatis non est nisi ad illos quibus bona gratiæ & gloriæ sunt cōmunicabilia. Et haec sunt inter creaturas, solum rationales beatæ, vel in via existentes.

**QVÆSTIO SECUNDA.**

Vtrum homo ex charitate debeat diligere seipsum.

*Thom. 2. 2. q. 25. ar. 4.*

**S**ecundo queritur vtrum homo ex charitate debeat diligere seipsum. Et arguitur qd non, quia secundū Greg. in quadā homilia, charitas minus qd iner duos se habeti non potest, sed eiusdem ad seipsum non est realis dualitas, ergo eiusdem ad seipsum non est charitas.

**2 Item** nihil pertinet ad charitatem est vituperabile, sed amare seipsum est vituperabile secundum illud. Tim. 3. In nouissimis instabant tempora periculosa & erit homines seipso amantes, ergo nullus potest seipsum ex charitate diligere.

**3 Ad idem** est quod. 1. Cor. 13. qd charitas non querit quae sua sunt, sed diligere se est querere quae sua sunt. Cū diligere se sicut vnu bonum sibi, ergo nullus potest ex charitate diligere se.

**4 IN CONTRARIUM** est quod dicitur Leui. 18. diligere amicum tuum sicut seipsum. Sed amicos diligimus ex charitate, ergo & nosipos.

**5 RESPONSO.** Circa questionem istam videnda sunt duo. Primum est an aliquis seipsum possit ex charitate diligere. Secundum est de numero diligēdē ex charitate que ponuntur in litera an sufficienter assignetur.

**6 QVANTVM** ad primum aduertendum est quod nullus dubitat an homo seipsum diligat. Cum enim diligere